



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.51. Ecelinus a Papa proscriptitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul.XIII.
A.C.1254.

§. LI.

Ecelinus a Papa proscriptitur.

Mon. Pad.
p. 594.

Per duos circiter annos quidam Friderici partium Centurio Ecelinus de Romano dictus in Marchia Tarvisiana inauditam exercebat crudelitatem. Initium fecit exeunte Augusto anni 1252 necando Carnorolam Equitem Veronesem, quem coniurationis contra se initæ caput esse putabat, & Veronæ, Patavio, Vicentiæ, omniue regioni magnam inferre cladem perrexit. Equites, civesque spectabiles turmatim occidebantur in locis publicis; concisa deinde in frusta cadavera colligebantur ignibus absumenda. Amici, propinqui, fratres, ut tyranni gratiam sibi conciliarent, alteri alteros prodebat, vel suis met jugulabant manibus, ipsi post paucos dies ejus jussu pereimti. Infantibus Nobilium execratis fame in carceribus pereundum erat, ubi etiam multæ matronæ virginesque nobiles moriebantur. Quotidie aliqui expirabant in cruciatibus; clamoresque lamentabiles diu noctuque implebant aures. Nemo tamen publice de tot malis audebat conqueri: Ecelinum laudare, justum, prudentem, patriæ conservatorem dicere, vitam ei ac victoriam precari opus erat: ac ne his quidem blanditiis

ditiis agebatur quidquam: semper æque Sæcul. XIII.
 crudelis non ætati, non sexui, non sta- A.C. 1254.
 tui parcebatur: Clerum, ut populum, Re-
 ligiosos ut profanos tractabat. Episco-
 patuum, Abbatiarum, cæterorumque be-
 neficiorum bonis occupatis ad perpetran-
 da facilius crimina sua utebatur. Nec
 sacra oratio vel confessio, nec accessus
 templorum, nec aliud exterius pietatis
 exercitium fiebat amplius.

Papa Innocentius saepius admonitum coram se comparere jussit tanquam su- Rayn. 1251.
n. 36.
 spectum de hæresi. Ecelinus per nun-
 cios se obtulit ad jurandum se credere
 omnia, quæ crederet Ecclesia. Sed Pa-
 pa rejecta hac purgatione, eum debere
 se de tali criminè per se ipsum purgare
 afferuit. Tandem post plures comperen-
 dinatus eum Romæ solenni ritu die Cœ-
 næ Domini 9 Aprilis 1254 per sacram
 detestationem jugulavit. Sententia di- to. II. Conc.
p. 610.
 cit, eum sub humana specie ferocis be-
 stiæ cor habere; sitire sanguinem Chri- ap. Rayn.
 stianorum, humani generis hostem esse 1254. n. 35.
 implacabilem; ac ejusmodi opprobria Raynald.
 multa continent. Denique tanquam hæ- n. 40.
 reticum manifestum declarat diris devo-
 tum, & cunctis hæreseos poenis subje-
 ctum Papa per hanc sententiam sibi ven-
 dicabat jus decernendi de bonis ejus. Ac
 ea reapse adjudicavit Alberico ejus fra-
Hist. Eccles. Tom. XXI. I tri

Sæcul. XIII. tri tunc Ecclesiæ partibus addicto. Dis.
A. C. 1254. ficitas erat in adeunda possessione.

§. LII.

Rex Conradus obit.

Papa etiam Regem Conradum Imperatoris Friderici filium accersiverat, ut ad varia accusationis capita de fide ac moribus responderet: ac Legati, quos hic Princeps Romam miserat, eum publice defendebant. Tum Papa rogantibus Joanne Comite Montfortio, & Thoma Sabauidæ Comite dilationem vadimonii Conrado dedit usque ad medium jejunium vernum hujus anni 1254. At Rex in Apulia suos progressus continuabat, cum mors eum abstulit 21 Maji, viginti sex circiter annos habentem. Reliquit filium Conradum seu Conratinum nomine, annos duos natum, qui cum Regina Elisabetha matre sua in Germania permanserat. Hunc moribundus Bertoldo Marchioni Honebrucensi, quem in Italia secum habebat, tanquam Tutori commendavit, Apostolicæ Sedis fidei committendum. Itaque Bertoldus Legatos ad Papam misit: qui pupilli defensionem suscepit ea lege, ut Ecclesia Romana mox adiret possessionem Siciliæ, donec infans satis adultus esset, servandæ. Id Pape docet epistola, qua declarat, se Conrado

Anonym.
ap. Ughell.
to. ult. p. 765.

p. 766.

ap. Rayn.
n. 47.